

roboris est; qua de causa abstinere fideles debent ne parochi suo prætermisso adeant intrusum.

3046. »Præterea cum Synodus simpliciter præsentiam parochi, non parochorum requirat, neque exprimat an viri, an mulieris, receptum est quod alterutrius contrahentium parochi præsentia sufficiat. Quamquam enim Sacra Congregatio Concilii, ann. 1751 (lib. 1, *Decret.*, pág. 125, interrogata; cujusnam parochi præsentia requiratur? Sponsine, an sponsæ, an vero utriusque, an etiam alterius parochi consensus accedere debeat? responderit: «Ad matrimonii »validitatem sufficere præsentiam soli »parochi sponsi, si in ipsius spon- »si parochia contrahatur;» ipsa tamen Congregatio postea declaravit matrimonium valere, si sponsi parochus in parochia sponsæ absque ejus parochi licentia matrimonio assistat, vel viceversa; atque hoc decretum Summus Pontifex approbavit sic in posterum responderi jubens, quod textatur Fagnanus in cap. *Quod nobis, de clandest. despons.* Parochus autem qui in aliena parochia assistit, si solemniter assistat, sponsisque nuptialem benedictionem impertiatur, illicite agit; quemdam enim quasi strepitum judicarium et solemnitatem adhibet, quod in alterius territorio minime licet. At si privatim, et sine publica nuptiali benedictione intersit, licite assistit, idque a Sacra Congregatione Concilii declaratum fuisse testis est Fagnanus, loc. cit. Tridentinum enim nihil expressit de loco celebrandi matrimonii, solamque parochi proprii præsentiam postulat, in quo nullus est actus jurisdictionis contentiosæ, quemadmodum superius diximus (1).

(1) Lo mismo dice San Ligorio (lib. 6, núm. 1087), donde cita las palabras tomadas de los decretos de la Sagrada Congregación que pone Bosio (cap. 4, núm. 33), á saber: que si bien el párroco puede licitamente asistir al matrimonio de un fel-

3047. »Ille autem censetur proprius esse sponsæ aut sponsi parochus, in cujus parochia sponsus aut sponsa domicilium aut quasi domicilium habet. Parochus enim originis ad assistendum matrimonio proprius non est, dum sponsus aut sponsa alio domicilium transtulerunt. Quod si quis duo domicilia in diversis parochiis contraxerit, in duobus autem locis potest aliquis habere domicilium, si utrobique ita instruxerit ut non minus apud alteros se collocasse videatur, ut loquitur 1. *Assumptio, ff. ad municipalem*: quamvis consultus sit, ut matrimonium coram illo parochi ineamur in cujus parochia tum contrahens degit quum nubit; matrimonium tamen valet, si coram utroque contrahatur. Qui habet duplicem parochiam, ait Sylvius in *Supplem.*, 3.^æ partis S. Thomæ, q. 45, art. 5, regulariter videtur debere contrahere coram illo in cujus parochia manet tempore matrimonii contrahendi; quamvis si coram altero contraheret, videatur fore validum, quia etiam ille censetur proprius eorum parochus. Quæ sententia communiter recepta est.

»Domicilium acquiritur habitatione actuali et animo perpetuo manendi in aliquo loco, donec causa aliqua avocet. Duo itaque requiruntur ad domicilium; actualis habitatio in loco, et animus ibi perpetuo manendi. Habitatio res facti est, quæ illico innotescit: animus autem manendum declaratione, tum facto, tum præsumptione patescit. Ubi declaratione manifestetur, vel a primo habitationis momento domicilium acquiritur. Si facto animus manendi pateat, eo quod quis alio familiam traducit, bona acquirit vel transfert, aliaque id genus peragit, necessarium prorsus est ad domicilium contra-

grés suyo en parroquia ajena, áun contradiciéndolo el párroco de ella, pecaría mortalmente si solemniter benediceret.

hendum, ut habitatio per aliquod temporis spatium perduret. Tandem, præsumptione inducitur ex decennali habitatione. Hæc præsumptio nullius conjecturæ, vel adminiculi ope indiget: secus enim decennii lapsus non exigeretur. Verum præsumptio cessat, quando constat de aliqua causa accidentalí, ob quam quis eo se contulit ad habitandum, inde discessurus causa cessante; ex. gr., si quis alio se contulit studiorum causa, vel ad officium aliquod obeundum. Isti, ait Rigantius ad regul. 24 Cancel., § 3, num. 43, domicilium nunquam contrahunt, etiamsi ultra decennium habitarent; quia causa habitandi diversa est ab animo domicilium contrahendi... nisi post completum studium, lecturam, officium, etc., taliter continuetur habitatio, ut ex circumstantiis et adminiculis prudenti judicis arbitrio examinandis constet de animo perpetuo in loco manendi. Adminicula et circumstantiæ quarum mentio facta est, non in omnibus regionibus eandem vim ac naturam habent, adeoque earum significatio in singulis rimari peculiariter debet. Ubi semel domicilium acquisitum est, non amplius amittitur, nisi verbis, aut factis derelictum fuisse constiterit.»

Vecchiotti pasa después á investigar el tiempo y condiciones que se exigen para adquirir cuasi domicilio, de modo que se pueda celebrar el matrimonio con el párroco de aquel lugar. Después de enumerar diversas opiniones, concluye con estas palabras:

«In hoc sententiarum conflictu, ea nobis sententia magis arridet, quæ tenet quasi domicilium haud semper comparari jure per se et absolute per modum regulæ, ex simplici unius mensis habitatione, sed statui ac determinari ex variis rerum ac circumstantiarum adjunctis, quæ attente ac sedulo considerandæ sunt, ubi expressus ac apertus deest commoran-

di per notabile tempus animus: quandoquidem contingere potest, ut ad quasi domicilium comparandum, aliquando integri unius mensis habitatio nec requiratur, nec necessaria sit, aliquando vero nonnullorum etiam mensium lapsus nec satis sit, nec sufficiat. Revera aliquando non requiri mansionem per menses protractam, ex citata decisione de viro et muliere ultrajectensi facile deducitur. Cum enim ibi Sacra Congregatio declaret valere conjugium, si mansio nuptiis præcedens fuerit saltem unius mensis; tanta autem, si non fuerit, rem de novo in Congregatione esse proponendam; profecto sequitur, dari casum quo quasi domicilium acquiratur, antequam mensis integer mansionis elabatur. Ni enim id contingere posset, prorsus non intelligitur cur Sacra Congregatio de novo recurrendum esse præscripserit. Accedit argumentum depromptum ex Sacra Congregationis Concilii decisione in Gratianop., 3 April. 1841. Agebatur de matrimonio quod Londini in Anglia, post octo aut decem dierum commorationem, vir gratianopolitanus cum puella ejusdem civitatis coram missionario apostolico iniit. Sacra Congregatio reposuit: Ex hactenus deductis non constare de matrimonii validitate, sed ad declarationem nullitatis esse procedendum confectione processus, servata saltem in substantialibus forma constitutionis Benedicti XIV, *Dei miseratione*, INSPECTO PRÆSENTIM ANIMO et tempore quo asserti sponsi commorati sunt nedum Londini, sed etiam in districtu illius apostolici vicariatus. Quæstio, ut patet, in eo tota erat, an brevis octo vel decem dierum habitatio ad quasi domicilium adipiscendum Londini sufficiens fuerit.

Sacra Congregatio non reposuit absolute negative, sed ex hactenus deductis, et insuper voluit ut procederetur ad confectionem processus

pro nullitate declaranda, inspecto præsertim animo et tempore; quibus verbis docemur Sacrae Congregationis mentem esse quasi domicilium non modo ex animo et mora determinari, sed etiam ex adjunctis, et antequam mensis elabatur etiam acquiri. Si quis, ex gr., aliquem petat locum cum animo ibi per annum aut majorem anni partem manendi, et post aliquos sui incolatus dies matrimonium contrahat et iter aggrediatur, quin amplius ad locum revertatur ob ingruentes rationes, profecto maximi momenti ex omnibus adjunctis argumentum desumi potest ad matrimonium validum declarandum. Pariter si quis absque animo diu manendi alio divertit impulsus causa, quæ talis non est ut possit probabiliter illico ac continuo cessare, qualis causa belli, ac pestis, et post paucos dies matrimonium contrahit, jam magni momenti adest adminiculum, ut dici merito possit matrimonium valide initum esse, sive is posthac habitationem in loco protrahat, sive non. (Vide Pavone, *Spilegio canonico eccles.*, num. 226.)

Quod vero aliquando usu venire etiam possit, ut mensis integer non sufficiat, dum aliud rerum adjuncta suadeant, ipsa Sacra Congregatio Concilii exempla nobis luculenta suppeditat: etenim etiam post constitutionem cit. Benedicti XIV matrimonia coram parochi loco contracta ubi quis rusticari solet, prorsus nulla sunt; siquidem responsum in Urbin., 1 Decemb. 1640, ubi inhærendo declarationibus alias factis statuitur: parochum ruralem non esse proprium et verum parochum, quando rus itur causa recreationis, aut pro rusticanis negotiis, ideoque matrimonium valide coram hujusmodi parochi celebrari non posse, in viridi observantia est. In casu itaque non attenditur ipsa mansio, nec inspicitur an per mensem perseveraverit, nec ne, sed variorum adjuncto-

rum ratio habetur; ita ut qui ob dictas causas rus pergit, quasi domicilium non acquirat, quia notio habitationis hac ratione destruitur. Id confirmatur auctoritate Fagnani, ad cap. *Significavit*, et ipsius Benedicti XIV, tum Instit. 33, num. 6, tum litteris *Paucis*, ubi post ea quæ superius citavimus, ita pergit: Dubitari autem posset, num ad quasi domicilium acquirendum matrimonii causa, non solum requiratur præcedens habitatio, verum etiam subsequens ad aliquod temporis spatium? Verum cum observaverimus subsequentem habitationem ab iis auctoribus qui hanc tractarunt materiam, tamquam magni momenti adminiculum reputari, ut novum domicilium quæsitum dicatur, nihil vero de illa præscriptum fuisse a Concilii Congregatione in adducta paulo ante definitione penes Fagnanum, nolumus hac de re quidquam novi decernere. Quare, quæso, Benedictus XIV ex subsequenti habitatione adminiculum magni momenti apud auctores desumi affirmat? Cur dubium generatim a se positum solvere non vult? Hæc omnia facile explicabis, si dices Pontificem putasse unius mensis residentiam per se non sufficere, sed attendi debere adjuncta, ut dijudicet sit ne quasi domicilium acquisitum. Quæ cum ita sint, nemo est qui non videat quæstionem de quasi domicilio in pluribus casibus ex adjunctis definiri. Summa expositæ doctrinæ hæc est: unius mensis habitatio ad acquirendum quasi domicilium neque semper necessaria est, neque semper sufficit.

Me ha parecido conveniente trasladar literalmente este largo pasaje de Vecchiotti, que en parte es un extracto de la Institución 33, compuesta y publicada por Benedicto XIV cuando era arzobispo de Bolonia.

* En fin, como conclusión y aclaración de lo expuesto, se añaden las

siguientes palabras: «Ex constitutione *Paucis ab hinc*, Benedicti XIV, data an. 1748, ad hoc videtur requiri, ut habitaverit spatio saltem unius mensis in loco ubi matrimonium celebrat; sic enim jam cognitus fit ab incolis illius loci ac quasi concivis. Attamen ex communi Doctorum id statutum est non ad definiendum legitimum quasi domicilii tempus, sed ad suppeditandum parochi et judici juridicæ præsumptionis argumentum in casu quo dubitetur de voluntate permanendi in loco toto tempore necessario ad acquirendum quasi domicilium, id est, per majorem anni partem aut semestre. Si enim constat de hac voluntate, tunc quasi domicilium contrahitur etiam a primo die habitationis, ut eruitur ex laudata Constitutione.» (*Acta S. Sedis*, tomo 7.) (Scavini-Del Vecchio, tomo 3, edición 14.^a núm. 799.) *

3048. A lo dicho anteriormente voy á añadir una nota del docto Nicolás Cretoni, puesta al núm. 846, tomo 2 de Gury, edición de Roma de 1875. Después de citar el decreto de la Sagrada Congregación que dice ser bastante la estancia de un mes en una parroquia para contraer cuasi domicilio, y por otra parte, decretos de la Sagrada Congregación que afirman no se contrae el cuasi domicilio, cuando esa permanencia en una parroquia «fiat recreationis aut rusticationis gratia, vel pro rusticanis negotiis; quia tunc non habetur ut domicilium serium, seu verum,» añade: «Ex hac postrema declaratione a Benedicto XIV relata (Instit. 33, número 7) eruitur haud sufficere ad acquirendum quasi domicilium nudum factum (habitationis), sed et animum requiri; quod enim quis moretur alibi causa rusticandi, vel domicilii acquirendi, hoc pendet ex animo. Neque hoc adversatur epistolæ *Paucis ab hinc hebdomadis*, ubi præter habitationem unius mensis nihil aliud requiritur; nam in præsentí materia,

quæ tota pendet ex dispositionibus juris positivi, quoties adimpleatur conditio de facto a lege requisita, animus, nisi contrarium probetur, a jure præsumitur. Quapropter ad adstruendum domicilium, et consequenter matrimonii valorem, ut in casu citatæ epistolæ ad archiepiscopum Goanum, nihil aliud probandum est, præter habitationem unius mensis; ad utrumque vero excludendum, ut in casu declarationis in Instit. 33, relatæ, probandum est mansionem eo loci etiam ad mensem protractam, sine ulla domicilii intentione, aliam omnino habuisse causam.»

En el núm. 9 de la Institución 33 citada, trae Benedicto XIV las siguientes declaraciones de la Sagrada Congregación del Concilio, confirmadas por Urbano VIII en 14 de Agosto de 1627. Son las siguientes: «Primo: an incolæ tam masculi quam fœminæ loci in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum, transeuntes per locum, in quo dictum Concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in isto loco matrimonium sine parochi et testibus contrahere? Secundo: quid si eo prædicto incolæ tam masculi quam fœminæ solo animo sine parochi, et testibus contrahendi se transferant habitationem non mutant? Tertio: quid si iidem incolæ tam masculi quam fœminæ eo transferant habitationem illo solo animo, ut absque parochi et testibus contrahant? Iidem cardinales ad primum et secundum, non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes, ac transferentes cum fraude: ad tertium vero dubiorum hujusmodi, si domicilium vere transferatur, matrimonium esse validum, responderunt, et resolverunt.»

«Igitur, continúa Benedicto XIV, matrimonium primo et secundo loco expositum irritum decernitur. cum fraus intercesserit; matrimonium ter-

tio loco allatum etiam cum fraude validum declaratur, quia novum quoque domicilium accesserat.»

3049. En la misma Institución (núm. 6) dice Benedicto XIV que bien puede uno tener dos domicilios, y que entonces cada uno de los dos párrocos puede celebrar válidamente el matrimonio, y añade: «Illud tamen advertunt tunc solum duobus domiciliis instructum aliquem jure appellari, cum in utroque æqualiter collocatus prudentium virorum iudicio existimetur; quod etiam juris Pontificii auctoritate probatur: «Cum ab eo, qui duo habet domicilia, se col-locans æqualiter in utroque, etc. (In 1. *Assumptio*, § *Viris prudentibus*, ff. *ad municipalem*.) Viris prudentibus placuit, in duobus locis posse aliquem habere domicilium, si utrobique ita se instruxit, ut non ideo minus apud alteros se locasse videatur.»

En cuanto á los vagos, es indudable que pueden contraer matrimonio en presencia del párroco de cualquier lugar, porque ellos no tienen párroco propio. He aquí las palabras de Benedicto XIV en el lugar citado, número 10:

«Ipsorum autem parochus is dicitur in quorum ditione versantur; quod pariter asserendum est, licet alter solum ex illis qui conjugium petunt, vagantium numero adscribatur. Attamen peregrinus, et vagus sine ullo discrimine non semel confunduntur: vagus ille appellandus est qui, relicto suo domicilio, sedem in exteris terris inquit, ut ex jure deprehenditur: «Puto autem, et hoc procedere posse, si quis, domicilio relicto, naviget, vel iter faciens quærat qui se conferat, atque ubi consistat; nam hunc puto sine domicilio esse.» Peregrinus autem is nuncupatur, qui ea voluntate iter facit, ut ad pristinum domicilium exacta peregrinatione revertatur. Ob has potissimum causas, ob gravia quoque dissidia, quæ ex matrimonio

errantium ægyptiorum (*gitanos*) ac militum plerumque dimanant, parochis omnibus indicimus, quod a Tridentina Synodo his verbis sancitum fuit: «Parochis autem præcepit ne illorum matrimoniis intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, et, re ad ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtineant.» (Ses. 24, cap. 7.)

3050. En el núm. 11 inquirere Benedicto XIV sobre las cuestiones siguientes: «Secundo contingit, ut plurimi studiorum causa in hanc urbem confluant, vel etiam ut juventuti facultatem aliquam tradant, vel aliquod artificium exercent, sive ut opulentis civibus inserviant, vel aliquo alio munere detineantur. Innocentius XII, iis litteris quæ incipiunt: *Speculatores*, domicilii rationem illis minime convenire, neque ad ordines admitti posse decernit, qui relicto paterno solo alium sibi ad habitandum locum deligunt, nisi per decem annos in eo commorentur, bonorum partem in ipsum transferant, sedemque stabilem ibi defigere velle fateantur, idque jure-jurando confirment.

«Hæc tamen pro illis solum præscribuntur, qui ordines consequi volunt, nullum tamen reliquis Sacramentis administrandis impedimentum afferunt. Siquidem ut paschatis præcepto quis satisfaciatur, ejusmodi conditiones necessariæ non sunt, quod etiam ratione matrimonii constituendum videtur. Prætores enim ex unanimi scriptorum sententia, iudices, medici, facultatis alicujus professores, discipuli, famulique, licet exteri, rite matrimonium contrahunt, si parochus adsit ejus loci ubi degunt. Quippe si per aliquod temporis spatium in eodem loco versentur, domicilium, vel quasi domicilium, quod satis est ad matrimonium perficiendum, sibi conciliant. Item, cum in Sacra Concilii Congregatione plurima ad inquirendum proposita essent, ac præsertim quarto et quinto loco

his verbis peteretur: «Quarto: an valeat matrimonium contractum coram parochio illius loci ubi contrahentes reperiuntur, non animo ibi domicilium constituendi, sed re-creationis causa? Quinto: et quid, si contrahens ibi moretur, tamquam prætor, iudex seu medicus temporalis?» Sacra Congregatio hoc pacto respondit: *Ad quartum, non valere; ad quintum, valere*: ita Garcia commemorat, qui eandem sanctionem certo firmoque documento se habere testatur.»

3051. En el núm. 12 de la misma Institución 33 continúa Benedicto XIV: «Tertio, accidere potest, ut carceribus detenti, qui ad Cardinalem Legatum, vel ad Nos ipsos pertinent, matrimonium poscant. Superiori tempore, ut accepimus, res peracta fuit coram parochio in cujus ditione carceres positi sunt. Nos profecto in examen revocare nolumus, quæ jam diuturnitate temporis invaluerunt: nam, ut jam inita matrimonia rata firmaque sint, sufficit si eadem minime ignoraverit, immo pertulerit, atque ideo permiserit is, qui eo tempore sapienter hanc ecclesiam administrabat, quemadmodum Tridentinum Concilium his verbis asseruit: «Qui aliter quam præsentem parochio, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu Ordinarii licentia, etc.» Duobus ac sane diversis modis carceribus inclusi tenentur. Aliqui perpetuo, vel ad certum tempus, non quidem pro custodia, sed pro pœna in carcerem conjiciuntur, quorum parochus is dicitur, in cujus parochia carceres collocantur. «Relegatus in eo loco in quem relegatus est, inter necessarium domicilium habet.» Alii vero pro custodia solum in carcerem detruduntur, donec ipsorum iudicis sententia cognoscatur. Horum parochus is iudicandus est ubi domicilium situm habent, non autem parochus ubi carceres positi sunt; cum ipsi nihil magis expetant, quam ut

dissolutis vinculis paternas ædes revisant. Cum hæc ita sint, in celebrandis ejusmodi matrimoniis proprius parochus accensendus est, sicuti modo exposuimus. Accedit Sacre Concilii Congregationis, decretum die 26 Maji, ann. 1707, in causa Farsensi, matrimonii promulgatum insertumque cleri romani statutis, quod etiam De Justis, Monacellus, et jurisperitus Dominicus Ursaja commemorat, qui se auctorem allata distinctionis merito prædicat, eamque Sacre Congregationi tradidisse fatetur.

«Quamobrem illi, qui carceribus perpetuo, vel ad certum tempus includuntur, si matrimonium exposcant, intersit parochus cujus parochiæ carceres subjiciuntur; si qui vero loco custodia carceribus detinentur, hujus nostri fori administri prius moneantur, ut si forte in alia parochia domicilium habeant diligenter perscrutentur, et si id deprehendant, rursus inquirant, utrum aliquæ causæ intercedant ob quas allata superioris norma prætermitti possit, ob facultatem quæ, ut dictum est, in Episcopos a Tridentina Synodo confertur: ob eandem rationem præmonendi sumus, si advena inclusus carcere aliquam ex hac civitate, vel diocesi mulierem in matrimonium deposcat.»

3052. Después Benedicto XIV, en el núm. 13 de la misma Institución 33, añade: «Quarto, in xenodochiis aliquando matrimonia ineunda sunt ab iis, qui in gravi vitæ periculo versantur, ut æternæ salutis prospiciant. Cum hæc contingunt sive extra publica hujusmodi hospitia, temporis spatium non suppetit ut libera ipsorum conditio dignoscatur, quemadmodum S. Officii Congregatio palam declaravit. Liceat nobis tamen asserere, matrimonium in hoc discrimine perfici posse, licet tradita per Sanctum Officium institutio locum habere nequeat; modo tamen ægrotus ad sanitatem restitutus ad

uxorem non accedat, priusquam paruerit iis omnibus, quæ a S. Officio præscribuntur. Id per epistolam ab eodem tribunali datam indicatur, quæ Corradi libris addita fuit, eamque in medium profert Monacellus. At vero quisnam eligi debeat, quo præsentem matrimonia in xenodochiis peragantur, inter capellanos et parochos, in quorum ditione sita sunt xenodochia, magno studio contenditur. Itaque præcipimus, ut quoties hæc eveniant, statim nos de more certiores faciant...» De modo que Benedicto XIV, siendo arzobispo de Bolognia, dejó irresoluta la cuestión: así es que en cada obispado habrá que atenderse á la costumbre aprobada por el Obispo.

En cuanto á las jóvenes conducidas á la casa de expósitos, ó que siendo huérfanas moran en las casas de caridad, la Sagrada Congregación del Concilio, en 22 de Abril de 1851, decretó: «Conjugium inire debent coram parochio, cujus parœciæ hospitium subest, non autem coram loci capellano, licet is jurisdictionem quasi parochialem exercent.»

3053. En cuanto á los matrimonios de los militares, si se atiende al derecho común, aunque antiguamente hubo varias opiniones, en el día, dice Vecchiotti (en el citado cap. 3, § 61): «At nullus jam dubitandi locus relinquitur, quia milites habent quasi domicilium in parochia sub qua degunt, dum sunt in præsiidiis, vel in stationibus, vel in castris, non verum dum sunt in expeditione.» Pero aquí se han de tener presentes las siguientes palabras que añade Vecchiotti: «Notandum hic est, Summum Pontificem sæpe concessisse, ut supremi regni vel imperii eleemosynarii vel Capellani majores castrensibus capellanis facultates tribuerent parochialia omnia Sacramenta administrandi militaribus copiis ac personis omnibus eorum servitio pertinentibus...»

Acerca de las facultades concedidas al patriarca de las Indias respecto de los ejércitos españoles y demás personas que gozan del fuero militar, véanse las últimas disposiciones publicadas, que se insertaron literalmente después del tratado del ayuno, números 1594, 1595 y 1596.

3054. En cuanto á los matrimonios clandestinos de los herejes entre sí, ó de los católicos que contraen con los herejes, véase á Vecchiotti, en el cap. 3 *De impedimentis matrimonii*, § 62, pues me alargaría demasiado si descendiese á todas las cuestiones que se mueven sobre estos puntos. El que se encuentre en algún reino extranjero, infórmese de la costumbre de aquel país, consultando al párroco, y, si fuese necesario, al Diocesano. Respecto de España, es opinión corriente que si no se obtiene algún indulto apostólico privado, son nulos todos los matrimonios que se celebran clandestinamente. El Tridentino está aceptado y en vigor en España en todas sus partes; y, por lo tanto, todo matrimonio que se celebre sin la presencia del propio párroco y dos testigos es nulo, y ni aún tiene fuerza de esponsales, ya se celebre entre dos católicos, ya entre un católico y un hereje, ó ya entre dos herejes españoles ó extranjeros.

La razón es, porque esta ley es real y personal: es real, porque comprende á todas las personas, aunque sean extranjeras, que quieran contraer matrimonio en parte donde está publicado el Tridentino, hayan ó no contraído domicilio ó cuasi domicilio: es personal, porque si un español, por ejemplo, se marchase á Inglaterra, donde no está publicado el Tridentino, y quisiese contraer allí matrimonio clandestino, éste sería nulo, porque esta ley es también personal, pero se exceptúan dos casos en que el matrimonio sería válido.

1.º Si hubiese adquirido allí domicilio ó cuasi domicilio, porque en

este caso le favorecería la ley vigente en aquel territorio.

2.º Si contrajese matrimonio con una persona de Inglaterra, ya fuese católica, ya protestante; porque como á ésta no le obligaba la ley del Tridentino, por no haberse publicado allí la ley de la asistencia del párroco y dos testigos, comunicaba á la parte española el privilegio de que el matrimonio clandestino fuese válido.

* Segun una declaración del Santo Oficio, el decreto del Concilio de Trento, *Tametsi*, obliga, si se ha observado *per longam consuetudinem*, aunque se ignore el tiempo en que se haya publicado, ó no conste su publicación. (Véase *Acta S. Sedis*, vol. 21, pág. 648, y vol. 22, pág. 749.)*

§ 16.

3055. Acerca del párroco propio que ha de asistir al matrimonio, ó dar licencia á un sacerdote para que asista en su nombre, se ha de notar que no es necesario que el párroco sea sacerdote; basta que haya tomado posesión de su curato, y que lo conserve. Gallemart, exponiendo la ses. 24 del Tridentino, cap. 1 *De reformatione matrimonii*, núm. 10, sobre aquellas palabras *Qui aliter quam præsentem parochio*, dice así: «Verba hæc sunt intelligenda adhuc ad sacerdotium non promoti, nempe, quia adhuc non fuerit elapsus annus, qui conceditur sibi a jure ad faciendum se ad illud promoveri, juxta text. *Licet*, canon *De elect.*, in 6, et ita fuit in Congregatione resolutum, et S. D. N. Clemens VIII approbavit hanc resolutionem.»

San Ligorio, en el núm. 1081, adelanta más, porque dice que aún cuando hubiese pasado el año de haber recibido la posesión del curato y no se hubiese ordenado de sacerdote, todavía es válido el matrimonio á que asiste en su parroquia. He aquí las palabras del Santo Doctor:

«Sufficit etiam (parochus proprius excommunicatus, aut non sacerdos. Infra annum, in quo debet sumere sacerdotium, ex cap. *Cum ex eo de elect.*, in 6. Is igitur non solum valide, sed etiam licite assisteret, ut Sanchez, Pont., Salmant., etc., contra paucos; atque cum decreto S. Congregat. apud Pitton. et hoc etiam transacto anno, ex alio decreto Sacre Congregationis, 12 Mart. 1583. Parochus autem qui potest assistere, potest etiam dare licentiam assistendi alteri sacerdoti, ut habetur in Tridentino, sess. 24, cap. 1, ubi: præsentem parochio vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia. Item hic notandum, quod parochus potest assistere nuptiis sui parochiani, etiam extra parochiam, et adhuc contradicente parochio illius loci, ut scribit Fagnanus (lib. 4 in cap. *Quod nobis, de clandest. despons.*, num. 36 et 40, ex pluribus decretis Sacre Congregationis). Nec requiritur ut a parte rei vere sit parochus, sed sufficit si habeat titulum saltem coloratum, ita ut communi errore habeatur parochus, nec sit intrusus absque ullo titulo: vide Bonac. An autem sufficiat error communis sine titulo? Vide dicta (lib. 6, num. 572, v. *Majus dubium*).»

3056. P. ¿Basta la presencia física del párroco, ó se requiere la moral?

R. Es indudable que no basta la sola presencia física, porque, como dice Benedicto XIV con todos los teólogos: «parochus non potest tem agere tantæ in Ecclesia auctoritatis nisi et videat contrahentes, et vel eorum audiat verba, vel ea non percipiens signa saltem videat et intelligat, quæ mutuam significant utriusque partis consensum, juxta textum in citata *l. Coram*, ff. *de verbor. significat.*, cujus verba sunt hæc: «Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur præsentem eo fecisse, nisi is intelligat.» Itaque, si furio